

20
J. J. S. A. F.

De

PRÆJUDICIIS
DISSERTATIO PHILOSOPHICA,

Quam

*Consentiente Ampliff. Facult. Phil. in Regio
ad Auram Lyceo*

Sub PRÆSIDIO

VIRI Maxime Reverendi Domini

M. JOHANNIS HAARTMAN,

Profess. Phil. Theor. Regii ac Ordin.

Candidorum examini modeste submittit,

ALUMNUS REGIUS,

JACOBUS SIRELIUS J. F.

Austro-Finlandus,

Die XII. Junii, loco horisque consuetis

MDCCXXX.

ABOÆ, Exc. JOH. KIÄMPE R. Acad. Typ.

S:æ R:æ M:tis
MAXIMÆ FIDEI VIRO

Perillustri atque Generosissimo
DOMINO,

**OLAO CEDER-
STRÖM,**

SECRETARIO STATUS
EMINENTISSIMO,

Mecenati Summo.

S:æ R:æ M:tis
MAXIMÆ FIDEI VIRO

Perillustri ac Generosissimo BARONI
& DOMINO,

**BRODERO de
RÅLAMB,**

CHLIARGHÆ VEXILLI NOBILIS
EXCELLENTISSIMO

Domino Gratosissimo.

Perillustres atque Generosissimi
DOMINI

Macenates Summi

Vos Domini Summi Borealis Luminis
gentis,

Delicia Phœbi, Musarum Celsaque Fulera:
Vestra quod hac presens videat levis æria
charta,

Nominum & insigni Vestrorum luce co-
ruscet,

Vestri jam quondam meruit placida aura Fa-
voris,

Tum mihi, tum patria domini bene præstita
semper:

Quam

Quam licet baud calamus, nec mens describere
possit;

Hanc tamen æternum grato sub pectore con-
dam.

Interca leni vultu, plenoque Favoris,
VOS Domini Summi levidensis munera char-
te

Excipite hæc, Vobis submissa mente dicata,
Ac date Vos Faciles humili Vestroque cli-
enti.

Sic mihi dum fervet juvenili in corpore san-
guis,

Vota Deo supplex Summo solemnia reddam.
Vivite Felices Domini jam vivite Summi!
Vivite Vos Regno, Vestrisque in Nestoris an-
nos!

Tandem cum Vestrae veniet lux ultima vita,
Carpite victores celestis gaudia Regni!

PERILLUSTRIS VESTRÆ
GENEROSITATIS

Devotissimus ac humillimus
Servus

JACOBUS SIRELIUS.

VIRO Maxime Reverendo atque Celeberrimo
DOMINO,

Mag. JOHANNI HAARTMAN,

Phil Theor. PROFESSORI Regio, Con-
fistorii utriusque ADSESSORI Gravis-
simo, Ecclesiarum ad Divam Mariam
ANTISTITI longe Adcuratissimo, MÆ-
CENATI ac PROMOTORI studio-
rum meorum OPTIMO.

*Q*uod teneras has ingenii mei primitias
Optimi, inscribere, ac consecrare ausus
Suscipite Mæcenates ac Patroni Benignis-
sime ut hætenus, ita post hæc plusquam Pater-
ni, qui quovis felici-

MAGNORUM NOMI-

Humillimus

J.

VIRO Admodum Reverendo ac Amplissimo
DOMINO,

Mag. GABRIELI HAARTMAN,

PASTORI in Ingo longe Dignissimo,
Adjacentisque dillictus PRÆPOSITO
Adcuratissimo, NUTRITIO meo ut Pro-
pensissimo; ita PATRONO ac EVRGE-
TÆ submissa animi reverentia æta-
tem colendo.

*Nominibus Vestris Mæcenates ac Patroni-
sim, Vestra persuasit singularis benevolentia-
sime teneras hæc pagellas sereno vultu, at-
no Vestro Fadore me amplecti non dedignemur
citatis voto semper ero.*

NUM VESTRORUM,

Cultor

S.

Den Edle och Högachtade
HERREN/
Her JACOB SCHOLT,
Directeuren öfver Tidubåswen/
Min Höggunstige Gynnare.

Helt otacksam jag beta må //
Om jag ej wiste wisa
Min Skyldighet; när jag kan få.
Herr Directeuren prisa.

Ty mycket godt HAN ehrtedt har
Min FADER jämte många /
Then tid han uti Swergie war
Stadd under skyften långa.

Men nu hwad offer bär jag fram.
För en så gunstig HERRE?
Det är wäl blott ett pappers kravn /
Af rader sidor och smärre.

Doch

Doch tager gunstigt up / jag ber //
Nu denna ringa gåfwa:
Emedan jag än intet EHR
En annan dristar låfwa.

Jag önskar I må lefwa säll /
I många frögde dagar;
Els Gud EHR wid EHR lefnads qwall.
Til ewig frögde uptager!

Min Höggunstige Herr Directeurs

Tienstedmiute Tienare
Jacob Sirelius,

Plurimum Reverendo atque Doctissimo
D: no JACOBO SIRELIO,
SACELLANO in Rimitto Emerito, PA-
RENTI ut Optimo; ita quavis Filii re-
verentia æternum suspiciendo

Q uomodo pro meritis tollam Te laudibus un-
quam
Dignis, non vides, Mi venerande Pater,
Tot quia sunt humili per Te bona prestita
gnato,
Sidera quot Cælum, quot tenet atque Polus.
Hæc igitur charta facili PATER aspice vultu
Munera, submisse que Tibi dona fero.
Sit licet incultum, sit vile, quod offero munus;
Hoc tamen in signum suscipe ut officii.
Interea cedant voto Tibi prospera cuncta,
Sera dies vita; præsto sit usque salus!
Ac tandem e terra cum Te Tua fata reducent,
Ascendas felix dulcia Regna Poli!

Honoratissimi Domini Parentis

Filius officiis atque obsequiis
obstr. ctissimus

J. S.



PROOEMIUM.

S. I.

Q uam necessarium ac u-
tile sit veritatis inqvi-
sitori corruptæ mentis
humanæ fontes atque errorum
origines investigare; vel ex hoc
patet Poëtæ: Sincerum nisi vas
quodcumque infundis, acescit:
Mala enim mens ubi est, ma-
lus ibi est animus, nec ratio-
nem sequitur. Hinc est, quod
ex ingenio etiam nostro non

A

raro

2
raro judicare soleamus. Mens
ergo corrigenda est, si judica-
turi in devia abripi nolumus.
Quemadmodum enim medicus
corporis, si suo recte fungi
velit munere, morborum na-
turam ac originem accurate
explorare debet; Ita etiam
Medico mentis incumbit, si
veritatem attingat, ut non tan-
tum morbos ac nævos suos,
quibus laborat, examinet sed
etiam in origines eorum in-
quirat idque tanto diligentius,
quanto animus corpore nobis
hior existit, quantoque illius
morbi sunt cognitu difficilio-
res. Hec causa est, quod e-
tiam ego, redditurus rationem
qualemcumque studiorum me-
orum, dissertationem de *Præ-*

3
judiciis omnium in animo er-
rorum nascentium scaturigini-
bus ac fontibus in præsentibus
pro modulo ingenii ventilan-
dam, fretus summi Numinis
favore atque auxilio, suscepe-
rim; nullus dubitans, quin
Benevole Lector, ut contem-
dimus, Juveniles nostros ausus
æqui bonique consulas.

§. II.

VOci præjudicii originem
dedit verbum præjudica-
re. quod idem est, ac anteju-
dicare. Cujus acceptio apud
diversos auctores est diversa.
Ictis quandoque interlocutori-
am denotat sententiam, quæ
prius fertur, præliminariter sci-
licet, quam ad ipsum negotium
sive causam principalem pro-

4
cedere licet, indeque præjudi-
cialis audit actio. Ita apud
Plinium Curianus orabat, ut si-
bi donarent portionem suam,
seque præjudicio juvarent (a):
Aliquando ipsis significat sen-
tentiam a iudice legitimo pro-
nunciatam, quæ deinde pari
in causa judicaturis instar e-
xempli inservire potest: Uti
ex oratione Ciceronis pro Clu-
entio colligitur, qui duobus
præjudiciis, uno in Scaman-
drum, altero in Fabritium e-
adem beneficii causa factis, Op-
pianicum damnatum esse de-
monstrat; dicitur alias præju-
dicatum. Interdum iudicium no-
tat injustum, ante causæ cog-
nitionem latum, quod vel modo
vel re injustum est, per synecd:

Gen,

5
Gen: Nam, qui statuit aliquid
parte inaudita altera, justum li-
cet statuerit, is injustus est. Cu-
jusmodi præjudicium, dicimus
domo allatum iudicium, non ex
rebus ipsis captum. Ab hoc
præjudicio nos vult præcautos
hocce Apostol. Obtestur, ut hæc
custodias sine Præjudicio *χωρίς προ-
κρίματ* (b). Hæc ultima vocis ac-
ceptio proxime accedit ad eam,
quæ in Scholis Philosophorum
occurrit. Ad quorum men-
tem, præjudicium in significa-
tu solenni semper pravum quid
& sinistrum indigitat sive ad-
hibeatur in *sensu latiori* sive in
strictiori (c). In latiori, inquam,
cum præjudicii venit nomine,
omne id, quod perceptionem
mētis præcurrit debitam, sive per
hoc

hoc veritatem attingamus, si-
 ve minus: quandoquidem sta-
 tuimus verum esse quod ve-
 rum est; falsum, quod falsum
 est; probabile, quod est proba-
 bile; minus probabile quod
 minus est nobis probabile, sed
 vel nullis, vel levioribus, quā
 par esset, adducti rationibus.
 In strictiori, quando præjudici-
 um significet non quodvis te-
 merarium ac præceptjudicium,
 sed quod simul est erroneum,
 & non tantum verum ut fal-
 sum, atque falsum ut verum
 apprehendit; sed ita etiam ju-
 dicat sine prævio examine &
 maturo adhibito iudicio; unde
 etiam merito *πρότερον ψεύδος* nun-
 cupari potest (d). Quæ ulti-
 ma significatio hujus proprie
 est

7
 est loci, & alias dicitur falsa
 præconcepta opinio.

(a) lib. VI. Ep. 96. (b) 1. Tim. V. 21. (c)
 Rorenb. Log. §. 2448. (d) Ricc. in
 disp. hab. Wittenb. sub. præf. Cl. Dni
 Gubling.

§. III.

Hujus præjudicii desideras
 definitionem; sed non fa-
 cile dixerim, quæ sit commo-
 dissima omnium, ex pluribus,
 quæ occurrunt apud Philoso-
 phos. D. no Claubergio Præju-
 dia sunt præcipitata opinio-
 nes, quæ ætatem maturam, u-
 sumque plenioris rationis no-
 stræ præcurrunt (a). D. no vero
 Hamelio præjudicium est anti-
 cipatum quoddam iudicium ex
 sensuum impressione ortum (b)
 Quod hæc definitiones minime
 nobis

8
nobis sufficere possint, satis patet:
illa enim ad præcipitatas infantie
nostræ opiniones tantum re-
stringitur, antequam intellectus
& iudicium nobis potuerint
maturelcere; hæc vero, licet
quoque ad provectioris ætatis
iudicia extendatur, ad ea ta-
men coarctatur tantum, quæ
ex sensuum oriuntur impressio-
nibus. D. no Christ. Thom. (c)
Præjudicia nihil aliud sunt,
quam falsæ opiniones, quas
veras esse absque ratione sibi
quis imaginatur, vel nimia cre-
dendi festinatione ab aliis, quo-
rum auctoritati confiderat, per-
suasus, vel ex impatientia &
hanc secuta præcipitancia, se-
ipsum decipiens. Verum ut
cetera taceam, ex solius ima-
gina-

9
ginationis usu perverso, non
omnia profluunt præjudicia.
Clariss. Syrbii hæc est præju-
dicatorum definitio: *Præjudicia*
sunt errores temere concepti, a-
liorum errorum cause (d). At
licet quædam præjudicia fatea-
mur esse errores temere con-
ceptos, quæ scilicet in adultis
ante debitum examen pervers-
tunt iudicium; omnia esse ta-
lia salva veritate dicere non
possumus: E. G. falsas opini-
ones, quas juniores ante judi-
cium vel ex nutricibus, vel ex
matribus aliisque suscipimus;
nec tantum præjudicia; sed e-
tiam alii errores pariunt erro-
res alios, ita ut unus erro-
rum ex alio necessaria læpe &
evidenti consequentia pendere
pos-

10
possit. Clarissimo vero Gros-
sero (e) Præjudicium est falsa
opinio de re aliqua, ante præ-
vium ejus examen debitum in
mente concepta. Quam tamen
nec omnibus existimamus esse
accommodam. Nobis Præju-
dicium est falsa de re aliqua
opinio ante perceptionem debitam
& rectum judicium mente con-
cepta aliis etiam erroribus sub-
ministrans ansam.

(a) *Prolog. Log. §. XXVII.* (b) *Metaph. p.*
503. (c) *introd. in Log. c. XIII. p. m.*
267. (d) *Phil. Ecl. Rat. p. b. cap. V.*
p. m. 80. (e) *Par. I. pag. 7. Phar.*
intell.

§. IV.

Inquisituri jam fontem omni-
um præjudiciorum proprium
atque primum, deprehendemus,
sine

11
sine omni dubio esse intimam
humana naturæ depravationem
in primis factam parentibus,
cujus Philosophus non cogno-
scit originem & causam, ef-
fectum tamen communis hu-
jus mali, necesse est, cogno-
scat: imbecillitatem scilicet men-
tis humana, in rebus cogno-
scendis, earumque naturis rite
exquirendis; maxime ubi dif-
ficiliores sunt inquisitu. Ne-
scit enim quomodo & quare
vel cohxreant inter se vel se-
paranda fiat, nescit comparare
inter se notiones, nescit ser-
vare ordinem. Ex quo non
potest non cognitio mutilata,
perversa, obscura, confusa, &
quod pessimum, erronea exi-
stere, ut loquitur Joh. Fran:
Gueil;

Gueil: in disp. de præjud. §.
VII. p. 6.

§. V.

Sed cui mentis facultati, *in*
tellecui an *voluntati* suam,
inprimis præjudicia debeant o-
riginem, acriter disputatur in-
ter Philosophos. Clarissimus Syr-
bius inter alios omnium Præ-
judiciorum primam & genui-
nam originem non tam in in-
tellectu, quam voluntate quæ-
rendam esse docet (a) Et si e-
nim cuncta præjudicia ab in-
tellectu formantur & concipi-
untur proxime; præter ipsa ta-
men præjudicia nihil esse pu-
tat in eo, quod *per se atque*
proprie præjudiciorum causa es-
se possit. Deinde tum demum
existi-

existimat iudicium a veritate
aberrare, cum vel non satis
attendit ad objectum suum,
quod vitium ad solam perti-
net voluntatem, ipso quidem
iudice. Tandem duabus præ-
primis rationibus nasci Præju-
dicia innuit; primo, si volun-
tas rationem præcipitet, nimi-
aque festinatione abripiat; de-
inde vero, si voluntas ratio-
nem studio quodam ab hoc fi-
ne alieno impediat, ut non
tam de conformitate cogitati-
onum laboret, quam ut huic
studio, sive affectui suo fave-
ant consentiantque omnes. Ve-
rum enimvero veniam pre-
camur, si pace tanti viri ape-
ruerimus rotunde, quid sentia-
mus in hoc puncto. Primum
qui

quidem, quod non videatur nobis absolum, si intellectus etiam cognoscat se ipsum in hoc suo imperfectionis status suae imbecillitatis, ignorantiae, que, atque hinc nati praedijicii esse causam. Quoties advertimus, quod intellectus noster adeo jam existat imbecillus, ut licet voluntas voluerit, quo ille rectius facultatibus suis uteretur, id tamen sapius & in omnibus praestare nequirit. Deinde licet vel ideo originem praedijiciorum in voluntate quaeratur Excellentissimus Syrbius, quia tum demum iudicium aberraret a veritate cum non satis attendat; in eo tamen fallitur, quod attentionem ad solam voluntatem pertinere dicat: quia
 atten-

attentionis actus atque operatio certe spectat & referri debet ad intellectum. Imperium vero, ut attentio fiat, ad voluntatem. Et tamen intellectus cum voluntate consentiente attentioni studens, sapius aberrat in iudicando, ut rectissime observavit Hilligerus in Inst. Log. (b) Praeterea, licet concedamus, praedijicia nasci, si voluntas rationem praecipitet, nimiaque festinatione abripiat; ex hoc tamen omnia praedijicia velle derivare neque sensuum, neque imaginationis, quaeque alia hominem circumstant, rationes admittunt. Nec denique sequitur; voluntas quoad conatum impedit intellectum, quodam a suo fine alieno affectu vel studio, ne de veritate
 in

invenienda sit sollicitus, sed de captanda favoris aura. Ergo intellectus semper voluntatis imperio succumbit. Detrectat intellectus non raro voluntatis imperium, ac boni instar consiliiarii dehortatur, conscientia redamante. Intellectu vero hoc suum officium intermittente ac negligente, in quavis devia ruit voluntas, nec vera ut bona, sed mala sub ratione quadam boni expetit, suaque vi torrentis instar intellectum, secum simul abripit, ut eum, undique oppugnatum, & domesticis suis, internisque morbis simul fatiscentem ad ferendum de re iudicium, ab ipsius rei natura prorsus abhorrens cogat. Quod res est, ergo dicam

eam, illos nempe rem acu tetigisse, qui veram Præjudiciorum causam in ipsa mentis imbecillitate, partim in intellectu, partim in voluntate *simul* ponendam existimarunt cum Clarissimo Hilligero (c): Cum omnia præjudicia ab utroque animi motu, cogitandi, appetendiq; vitioso nasci, sit certissimum.

(a) *Phil. Rat. par. I. cap. V. §. XII.*

(b) *part. I. Sect. II cap. III. §. III. p. m. 93* (c) *ibidem.*

§. VI.

AD specialiores præjudiciorum pertinent causas, partim *amor sui perversus*, cum negligentia & voluptate conjuncta, quæ non facile patiuntur, ut accuratæ rectæque rerum

B

truti-

trutinæ sese tradat, & quasi immergat; partim *ambitio*, per quam efferatus homo se suaque omnia excellenter extollit; reliquos præter se non contemnit modo, sed odit, quos imprimis videt, vel contraria suis, vel paria, vel meliora afferre: partim *avaritia*, cui dulcis amor lucri, aliarum rerum fastidium imponit: partim *ira*, *odium*, *invidia* &c. Sed de his talibus nobis prolixioribus esse non licet; conf. Rotenb. Clericum, auctorem artis cogitandi, Gueilingium aliosque. Quæ volumus & credimus libenter, & quæ sentimus ipsi, reliquos sentire, speramus. His forte suffulciuntur argumentandi modis hæc præjudicia: *hoc honorem auget meum*

meum, ingenique conservat laudem, ergo verum: hoc adversatur mihi, turbat quietem, obest voluptatibus, ergo falsum. Hunc amo, ergo verus; hunc odi, ergo falsus &c.

§. VII.

EX quibus forte jam patescit, quam incommode loquantur illi, qui præjudicia vel ab intellectu, vel voluntate male informatis dependere ajunt: Cum, ut ostensum est, certissimum sit, omnia Præjudicia ab utroque animi motu, cogitandi, appetendique vitioso simul nasci. Ideoq; nec distingui possunt præjudicia in ea, quæ vel a præcipitania vel affectibus oriuntur (a). Quandoquidem nullum

B 2 præ-

præjudicium esse possit, quod non simul ex utroque hoc malo fonte manaverit. Non certe præjudicio laberetur intellectus, nisi cum voluntatis prævæ commotiones præcipitent & anteverterent, ut loquitur D'nus Gueslingius: quæ etiam ratio obstat, quo minus queamus, cum quodam auctore, dicere: duo esse *primaria præjudicia*, quæ causa sint errorum omnium; alterum *humane auctoritatis*, alterum *præcipitantis præjudicium*: Vel cum D'no Syrbio, præjudicia esse vel *præcipitantis vel proprietatis*, vel *auctoritatis humane*; cum negari nequeat, præcipitantiam inesse omnibus præjudiciis, horumque esse proprium, in quar-

to modo, ut loquuntur logici. Sed nec placet partitio præjudiciorum in *voluptatis, ambitionis, ac avaritiae*: vel ex sola hac ratione; quoniam ea imperiti facile in eam adducuntur opinionem, ut errores, existimant, cunctos a perveritate appetitus proficisci; quod falsum esse, cuivis rempenitus examinanti liquet: non enim erraremus si cuncta sciremus (b) Commodius possent præjudicia forte dispesci ratione *objecti in Theologica Juridica, Medica, Philosophica*; ratione *durationis, in inveterata & recentius nata*; ratione *temporis in infantie, adolescentie, atatis, virilis & senilis* præjudicia. Sed nec hæc formam attingunt. Quando alia sensuum, alia intel-

lectus dicuntur quibusdam præjudicia: cum vel sensus male sunt dispositi, & bene licet dispositi; male tamen applicantur, vel intellectus citra sensus prave judicat; id tamen idem, de objecto potius, quod vel intellectuale est, vel sensuale, est intelligendum; cum sensus nec affirmant, nec negant, neque ad illos pertineant proprie præjudicia; sed unice ad iudicium & intellectum activum (c). Optima videtur nobis divisio Auctoris Phari intellectus, qui ex conjunctione imbecillitatis utriusque facultatis mentis, Præjudicia, alia, a *nimia confidentia*, alia à *nimia diffidentia derivat* (d). Aut enim *nimum confidimus nobis*
 ipsis

ipsis & felicis ingenii, iudicii, memoriae, aut etiam sensuum fiducia freti, philautiae veneno imbuimur, &c. hinc oriuntur præjudicia, temeritatis, securitatis, impatientiae, inventionis propriae, status, ordinis, familiae, nationis & patriae, experimentorum particularium, terminorum non satis intellectuum, iudiciorum fallacium, & quae sunt plura: *aut nimis confidimus aliis*; eorumque auctoritate ac existimatione capti, quicquid statuerint, tanquam ex tripode dictum omni dubitatione majus haurimus; hinc manant præjudicia auctoritatis, hausta ex huius vel illius personae nomine, fama; titulis, religione, moderatione, natione
 ne

ne vultu, ordine, loci, etate
 studiorum, vitæ genere,
 atate, antiquitate, pietate, ali-
 iisque bonis moribus, nobilitate,
 divitiis, beneficiis, temperamento,
 industria, secta, præmiis, sententiæ
 novitate, plurimorumque in eam consensio-
 ne, librorum caritate, titulis,
 magnitudine, methodo, splendore,
 pretio, stilo &c; *aut nimis diffidimus nobis ipsis*, ingenioque
 nostro; unde proficiscuntur præjudicia
 timoris, pudoris, obsequiositatis, ignavia
 & negligentia; *aut diffidimus nimis aliis*; unde derivantur
 præjudicia *αυλειδαχῆς, λογαυαχίας*, studii novaturienti,
 electæ aut receptæ hypothetæcos,
 spiritus contradictorii, &
 tan-

tandem scepticissimi; Neq; tamen
 confidentia & diffidentia julto
 longius a se invicem distrahantur;
 siquidem confidentia in aliis fere
 semper cum diffidentia nostri
 conjuncta deprehenditur, & vice
 versa. Præjudiciorum namque
 horum hæc est natura, ut non
 semper unam tantum admittant
 divisionem, sed sæpius ita inter se
 cohæreant, ut ex diversis fontibus,
 ex confidentia & diffidentia erga nos,
 & alios simul proficiscantur,
 atque innumeros certe errores,
 teste experientia, progignant.

§. VIII.

- (a) *Auctor introd. ad Phil. Aut. cap. 6. §. 2.* (b) *Introd. in Log. c. 13. p. m. 258.* (c) *Syrb. instit. Phil. Rat. p. m. 89.* (d) *Par. 1. pag. 7.*

S. VIII.

Comes vero horum Præ-
judiciorum solet esse per-
tinacia; tanta quidem, ut ex-
cusare ea, quam excutere ma-
limus. Id quod tum maxime
contingit, si ea de quibus,
præcipitata judicia tulimus,
conditioni complexionis nostræ,
naturalique affectui magis con-
veniant, si cum sensibili aut
vehementi delectatione sint con-
iuncta; aut si longo usu, &
consuetudine in naturam no-
stram abiisse videantur: perin-
de ut gluten recens, primo
applicatum, non nisi leviter
adstringit, at postquam ali-
quamdiu hæsit, adeo arcte fir-
miterque connectit, ut quæ du-
æ sunt res, non nisi una es-
se

se videatur. Recte hinc Clau-
bergius proponit (a): *Stu-
dium conservandi ac propagandi
se, & omnia sua, cuique ho-
mini a natura insitum efficit, ut
opiniones suas non abdicare &
rejicere, sed tueri, ac defendere,
cumque aliis plurimis commu-
nicare gaudeat. Inde evenit,
ut pro suis opinionibus, quan-
doque etiam falsis, vel mor-
tem subire parati sint nonnulli;
unde quoque tantum quorum-
dam in alios odium est, ut ad
prodendas urbes, trucidandos
principes, exterminandosque in-
tegras populos, magno nisu &
ausu ferantur; hac solum de
causa, quod hi suas opiniones
non sequantur. Et quod in alio
exponit loco (b): Certe sapi-*

us contingit, ut ratio quidem aliter statuendum esse dicitur, ac olim iudicavimus: at præjudicata opinio credulitatem nostram occupans, tanquam longo usu & familiaritatis jure sibi devinctam, obstrepat, atque ita quandoque obsistit, ut ne latum quidem unguem a consuetis recedamus. Insuper varios errores, falsasque opiniones præjudicia sequi videmus, ut adeo quicquid ex erroribus & falsitatibus porro nascitur mali & periculi, ad hunc fontem referri debeat, & hunc si quis obstruere queat, omni errandi periculo immunis esse possit. (c)

§. IX.

(a) *Præf. Lib. de dub. Cart. §. 20.* (b) *Ejusdem auct. proleg. in Eog. c. 13. §. 39.* (c) *Rötenb. Log. §. 2462.*

§. IX.

Quo vero latius serpit hæc anteceptorum opinionum contagio, ac suo pestilentissimo tactu mentes quasi inficit nostras, nos a solida rerum cognitione abstinendo; eo cautius, diligentiusque nobis circumspiciendum, atque elaborandum est, ut non tantum his morbis liberemur; sed etiam posthac nobis cavere dicamus. Huc facit maxime, Doctore Rötenb. in Log. (a) si quoties oculis nostris obversantur aliorum, doctissimorum etiam virorum præjudicia, indeque cumulate manantes errores, toties reflexione quadam ad nos facta, eadem vel similia nobis accidere posse cogite-

gitemus; deinde si, quemadmodum in bello armilustrium saepe institui solet; ita nos quoque circa iudicia nostra idem præstemus, omnia scilicet, quæ de rebus huc usque incautius tulimus iudicia, attenta perlustremus mente, & sub incudem quasi revocemus, certa ab incertis, vera a falsis, quanto fieri potest studio segregantes. Imprimis vero dubitatio sive suspensio iudicii nostri, conjuncta cum fundamenti boni inquisitione, saluberrimi instar remedii, contra hanc mentis humanæ luem habetur. Non tamen illa *perpetua* quæ est apud scepticos; neque illa *universalis*, quæ contra Cartesium ejusque sectatores atro-

tatur

tatur lapillo; sed sobria ac moderata, quæ in dubiis casibus perceptionem mentis tamdiu suspendit, ac à conclusione removet, donec veritatem e latibulis quasi educat. Stulti enim est, omnia statim absque ullo discrimine credere juxta illud *modo dicitur* *Qui facile credit, facile decipitur.* Sapiens vicissim non quidem de iis dubitat, quæ immediatam habent evidentiam; sed unice de rebus, primo intuitu obscuris, nec cognitu facilibus. Ante tamen omnia, cavendum, ne accidat nobis, quod Dominus Christ. Thomasius *Cartesio* accidisse notat; (b) Qui, dum præjudicia evitare voluerit, ex nimio vitandi studio, in atro-

cio-

ciiores inciderit errores, non
multum absimilis illi; qui ma-
gno nilu eqvum conscendens
ex altero latere ab eodem i-
terum decidat. Hisce claudi-
mus.

Μόνα Διῶ παύου ἀτοπι δόξα.

(a) §. 2464. (b) Introd. in Phil. Aeth.
cap. 6. §. 16. p. m. 124.



Auctori & Respondenti

Pulpita castidum cum sentas scandere
Fratr,
Et mentis vires ingenique probas.
Ex animo cupio, possis contingere metam,
Ut peragas felix tempora fausta diu!

Sanguine Proximus
DANIEL SIRELIUS.
Austro-Finlandus.

Öfver sin Wän och Landsman
Herr **JACOB SIRELIUS**

Lärde spår,
Udriq af wet,
Ung uti åhr,
Har han framteed
Prof af sin konst:
Ly wet jag mist,
Ut ett omsont
Bli, at han mist
Sönnen hvar natt;
Ut han til lön
Vaer sin skatt,
Skal bli min bön!

All tiens betygat med lites
eller
Jntet R im.

Viro Juveni,
Pereximio atque Eruditissimo
Domino, JACOBO SIRELIO,
Amico & Popolari suo Honoratissimo.

Dum Tu Sireli celsa de sede cathedrae
Sectarum causas, ac rerum nomina certis
Eriis indiciis, varisque sophismatis uncos,
Et dubiis contorta plicis quasita, parato
Solvis judicio, ac specimen deponis acuti
Ingenti, scandens praeputa cacumina Pindi;
Sedulo Te Musis commonstras indigilasse,
Nec facilem passum, fugere irreparabile tempus
Perge igitur studiis coepris, ut pectore lato
Propositam felix possis contingere metam!

HENRICUS FLEEGE
Gnatus sic optat ERICI.

Eidem.

Musarum catus Australis gloria nostris,
Sinceri cordis portio certa mei,
Ausus dum mentis caeca sub Praesidis umbra
Magni pertractas scamaena per alta coepris.

Gratulor huic operi toto de pectore, & opto,
Ut maneat Patrii gemma corusca soli!

Johannis Näslind
Austro-Finlandus,

GOm jag nu märker och ser, huru BODEN
til konst och heder
Leder sig maktiga fram; så önskar jag hiertlig
och beder,
Ut Eder sediga flit, bygg, lärdom måtte belönas,
Och I ändtliga må med en Himmels krona be-
krönas!

En trögen Broder
Gabriel Sirelius,

